



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sancti Hieronymi Stridonensis, Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyteri Cardinalis Epistolae In Tres Libros distributae

Hieronymus, Sophronius Eusebius

Coloniae Agrippinae, 1674

XXXIII. Ad eandem. Olim pueri legimus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37862

Hier-
m. 66.

ro, transibo ad Hieremiam, qui in lamentationibus suis sub typo Hierusalem quatuor mundi quadruplici plangit alphabeto.

XXXIII Hieronymus Eustochio virgini. Cuiusmodi alios rursus in Ezechielem commentarios, excusationes & senilem aetatem, quibus in scribendo impediatur.

Terentius.

Quoniam pueri legimus, Nihil tam facile quin difficile fiat, quod invitus facias. Teor me explanationes in Ezechiel multo tempore promississe, & occupatione de toto orbe venientium implere non posse, dum hora, nullumque momentum est, in quo non curramus turbis, & monasterij solitudinem hospitiarum frequentiam commutemus: intantum, ut claudendum sit nobis ostium, aut scripturarum, per quas aperiendae sunt fores, studia relinquenda. Itaque lucrativis, imò furtivis ostium horis, quae hyeme appropinquante longiores esse coeperunt, haec ad lucernulam, quae cunctae sunt, dictare conamur, & aestuantis aetate tardium interpretatione digerere. Nec sciamus (ut quidam forsitan suspicantur) fratrum susceptionem, sed morarum causas simpliciter confitemur: praesertim cum occidentalium fugam & sanctorum locorum constipatio, nuditate atque vulneribus indigentium, rabiem praeferat barbarorum: quod absque lacrymis & gemitu videre non possumus, illam quondam potentiam & ignorantiam divitiarum ad tantam inopiam pervenisse, ut tecto, & cibo, & vestimento indigeat.

Rom. 12.

tamen nequaquam duri quorundam atque crudeliter animi molliuntur, dum pannos eorum & sarcinulas discutunt, aurum in captivitate quaerentes. Accedit ad hanc dictandi difficultatem, quod caligantibus oculis senectute, & aliquid sustinentibus beati Isaac, ad nocturnum lumen nequaquam valeamus Hebraeorum volumina relegere: quietiam ad Solis dieique fulgorem, literarum nobis parvitate caecantur. Sed & Graecorum commentarios tantum voce cognoscimus. Nullique dubium, quod ALIENIS dentibus commoliti cibi vescentibus nauseam faciant. Unde obsecro te, filia Eustochium, ut ista, quae notarium stylo cudimus, & ad quae emendanda spatium vix habemus, post intervalla suscipias.

Gen. 27.

XXXIII. Hieronymus Eustochio. Deplorat Romanam urbem calamitatem, & eorum, qui ex urbe pauperes ad se veniebant egestatem, tum Eustochio dedicat tertium volumen in Ezechielem.

Nihil longum est, quod finem habet: & omnis retro temporum series transacta non prodest, nisi forte honorum operum sibi viaticum praeparaverit, quae semper ad futura, imò ad aeterna respiciunt: & nulli terminis coartantur. Vera sententia est: Omnia orta occidunt, & aucta senescunt. Et alibi: Nihil est enim opere & manu factum, quod non conficiat & consumat vetustas. Quis crederet, ut totius orbis extructa victricis Romae corrueret, ut ipsa suis populis & mater fieret, & sepulchrum: ut tota Orientis,

Nihil
diuturnum.

Aegy-